

1157, agost, 14

Berenguer Robau de Rocacorba defineix a Sant Daniel el vi que es prenia injustament al mas de Toms, situat a la pan-òquia de Canet d'Adri.

ASD núm. 27, perg. orig., 147 x 155 mm.

Sit notum cunctis quoniam ego Berengarius Rodballi de Rupecurua et uxor mea Flor et filius meus Berengarius diffinimus, soluimus omnibusque modis derelinquimus duos sestaries uini quos iniuste accipiebamus in ipso manso Sancti Danielis quem habet in parrochia Sancti Uincencii de Canneto, in loco qui dicitur Turns, quem inhabitat Guilielmus. Hanc diffinitionem facimus propter amorem Dei et pro remedio anime patris mei olim defuncti, qui iniuste accipiebat prefatum uinum, sicut ipse peccatorem se ostendit ad obitum suum, et in manu abbatisse Sancti Danielis omnibus modis dereliquit et in manu Arnalli Guifredi sacerdotis. Si quis contra hoc ad irrumpendum uenerit, non ualeat, sed in duplo componat et sub anatematis uinculo iaceat et cum luda traditore in eternum penas recipiat, et ut firmissimum robur obtineat, accipio de auere Sancti Danielis .v. solidos.

Actum est hoc .XVIII. kalendas septembris anno .XXI. regni Leduici regis iunioris.

Sig+num Berengarii Rodballi, sig+num Floris uxoris eius, sig+num Berengarii filii eorum, qui hanc difinitionem fecimus, firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Eimerici*. Sig+num Guilielmi de Solaria.

(s. *man.*) · Arnallus presbiter, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 108